Hic autor ponit cōsynonoma huiꝰ noīs as. Nota as tria ſcat. Pⁱmo idē est ꝙ obulus. sed tñ sub drā. qꝛ as diciꝛ dimidius denarius sed obulus valet dimidiū denariū. ⁊ cū hoc hʒ dispositōem vt denarius. Et dr obulus ab olon qđ ē totū qͣ seruat dispositōnē totius denarij. Secūdo as est idē ꝙ pondus duodecim vnciaꝝ. Tercio ē punctꝰ vel oculus ī decio siue in taxillo. Etiā idē ē ꝙ possessio. vñ Grecista. As obulus pondus tibi sit decij quoqꝫ punctꝰ. Vel As obulus pondus pūctus possessio tota. Itē stips stipis idē ē ꝙ obulus. sed pondo nomē neutri gñ indeclinabile ē idē ꝙ obulus. vel dr pondus obuloꝝ. Vñ legiꝛ de sancto Nicolao ꝙ proiecit pondo auri ad domū ipaꝝ virginū. Inde deriuaꝛ dispendius. ⁊ est idem ꝙ as duplicatus. seu sumiꝛ ꝓ duobꝫ assibus. Et h̄ vult lr̄a cū diciꝛ. Illinc est natus. Itē as diciꝛ pondus duodecim vnciarū. vñ pⁱma pars vncie vocaꝛ vncia vel senis. sed secūda ps vocaꝛ bissa a bis qđ est duo. ⁊ as assis. Sʒ tercia ps vocaꝛ tricuns. Et diciꝛ a tris ꝙ est tres et vncia. Quarta vocaꝛ quadrās. Sʒ q̄nta ps vocaꝛ q̄ncuns. sexta vocaꝛ sexcuns. septima vero sepcuns. octaua occuns: nona nodrans. decima decuns. vndecima vndecuns. duodecima vero vocaꝛ pondꝰ vł pondo.

Exigit et pagit facit efficit ac operatur
Patrat agit complet consumit perficit implet
Exequitur claudit conducit terminat atqꝫ
Desidet et finit his sensus conuenit vnus

Hic autor ponit consynonoma illius vbi ago. Pro quo sciendū ꝙ h̄ verbum ago est equiuocū vt patet in his versibꝫ. Actor agit libros pastor pecudes puer annos. Hic legit hic ducit. hic euo tpe transit. Et h̄ verbū ago cōponiꝛ multipliciter. Pⁱmo cōponiꝛ cū sub vt subigo. Et est idem ꝙ subdo vel subicio ⁊ sic dicimꝰ. Ille rex subegit sibi barbaras nationes. Secundo componiꝛ cum am. vt ambigo. Et diciꝛ ambigo q̄si

ambas ꝑtes ago. Et etiā idē ē ꝙ dubitare. Inde ambiguus id ē dubius
Inde etiā ambages ⁊ ē dubiosa locutio. Tercio cōponiť cū ex. vt exigo
et ē equiuocū. Pⁱᵒ ē idē ꝙ ꝑficere vn̄ hoc opꝰ exegi festū sepissime fregi.
Scd̄o mō idē ē ꝙ poscere vł reqrere. vn̄ Exigo ꝑficio dicať ⁊ exigo po-
sco. Quarto ago cōponiť cū con deponēdo n ⁊ a. vt cogo is ere. qd̄ duo ſ̄t
vn̄ Cogo cōstringo dicas cogo coaduno. Quinto cōponiť cū re interpo
nendo d vt redigo is ere. ⁊ ē idē ꝙ resoluere. Sexto cōponiť cū de deponē
do a vt dego. ⁊ idē ꝙ habitare vel in pauꝑtate viuere. Septimo cōponiť
cū ab. vt abigo ⁊ ē idē ꝙ repello. Octauo cōponiť cū ad vt adigo. i. appel
lare. Nono cōponiť cū aduerbio satis. vt satago. i. satis agere. vn̄ in euan-
gelio. Marta satagebat circa frequēs ministeriū. Et dꝛ satago q̄si satis
ago. Decimo cōponiť cū per. vt perago is ere q̄si ꝑfecte agere. Etiā ali
qn̄ cōponiť cū ne. vł nō. vt nego qd̄ ē cōpositū a nō ⁊ ago. Et ē ꝟbū pri-
me ꝯiugatōis. Sed ago cū aliis suis cōpositis est tercie cōiugatōis. Itē
patro as are duo ſ̄t. vn̄ Grecista. Patro luxurio. patro qꝫ ꝑficio qꝫ. Itez
efficio cōponiť cū ex ⁊ facio mutādo x in f. ⁊ sic ē verbū actiuū. Jn̄ effectꝰ
us ui. i. factio vł opatio. Item compleo componiť a con ⁊ pleo ꝙ in sim-
plici non est in vsu. Inde plenus ⁊ plenitudo. Itē cōsummo as are. idē
est ꝙ terminare vel finire. Vn̄ in passione dn̄i. Cōsummatū est. Jn̄ sum-
ma summe. idē est ꝙ cōpendiū breue. Inde summatim aduerbium. id ē
breuiter. Et differunt inter se consumo as are. ⁊ consumo is ere. quia cō
summare idem est ꝙ perficere seu terminare. vt iam dictum est. Sed cō
sumo is ere. ⁊ est idem ꝙ destruere vel annihilare. vnde versus Con-
summare mea volo. sed consumere nolo. Consummo prime sic perficio
dabit esse. Si fuerit trine debet annihilat tibi dici. Item perficio com
ponitur a per et facio. Et per in compositione cōmuniter significat perfe
ctionem. et sic perficio idem est ꝙ perfecte facio. Inde perfectus a um
Item impleo componitur ab in ⁊ a verbo pleo quod non est in vsu in sim
plici. Sed exequor dicitur ab ex ⁊ a verbo sequor. ⁊ est aliquid ad effectū
producere. ⁊ debet scribi sine i. quia x habet vim duplicis consonantis. Jn̄
executor et executio. Inde etiam exequie arum pluralis numeri tm̄. teuto
nice begencknisse. ⁊ sunt sacraficia que fiunt pro mortuis Item claudo
est verbum simplex. et ab eo veniunt illa composita includo. concludo et
recludo Item termino as are. est idem quod finio is ire. Inde terminꝰ
id est finis. Inde exterminium nomen neutri generis. et est idem ꝙ mors
vel finis. quia mors est finis omniū rerum Item decedo is ere compo
nitur a de ⁊ a verbo cedo is ere. ⁊ est idem ꝙ migrare ab hoc seculo. Et
sic canitur de sancto martino. Post decessum beatissimi martini episco
pi. id est post mortem Itē finio is ire. est idem ꝙ terminare vel destrue
re. vnde tunc res finitur cum nil ex hac reperitur. Tunc res finitur cum
bene perficitur Item operor aris. est verbum deponentale veniens a
nomine opus. Inde operosus id est pleno opere. Inde opera e. id est di-
ligentia. et sic dicimus. Ille dat operam studio. id est diligentiam.

Synonoma

Depromo promis tu promptuaria dicas
Est apotheca domus cui virtus traditur omnis
Est ypotheca rei non mobilis vt domus aruum
Rerum mobilia traduntur pignora pignus
Ast a celando dicas celaria recte
Nam ponuntur ibi res quibus nos alimur

Hic autor ponit cōsynonoma illi⁹ nois apotheca. ꝛ diuidit in duas ptes. Prīo ponit synonoma illi⁹ nois apotheca. vt dcm ē. Scdo ponit drām inter apothecā ꝛ ypothecā. Pro q̄ sciendū ꝙ ꝯm Huguitionem promptuariū venit ab illo ꝟbo promo is ere. qd idē ē qd manifestare. qa ī promptuario cibꝫ ē hoībꝫ manifest⁹ ꝛ prompt⁹. Vn̄ ps. Promtuaria eorum plena. Vel dr a promos grece. qd idē ē qd foueo vel nutrio latine. qꝛ nutrit nos nutrimētis in ipo positis. inde prompt⁹. i. velox vel expeditiuus. inde promptitudo. i. velocitas vel expeditio Itē celariū dr ab illo ꝟbo celo as are. qd idē ē qd occulto. qꝛ in celarijs res celanꝫ. Vn̄ cella e. est camera ipius religiosi Itē penus ꝗuis nō poniꝫ in lr̄a. tn̄ valet idē cū p̄dictis ꝛ teneꝫ multiformiter. qꝛ qn̄qꝫ dr penu indeclinabiliter. aliqn̄ sub quarta declinatōne penus us ui. aliqn̄ in scda declinatōne penus peni. vꝫ penū peni. aliqn̄ in tercia declinatōe penus oris. Vbi sciēdū ꝙ penus dicíꝫ ab aduerbio pene qd idē ē qd fere. vel quasi si totū cibū reseruans Itē apotheca ꝓprie dicitur dom⁹ i qua reseruanꝫ species aromatice. Et dicíꝫ ab apos qd ē retro. ꝛ thesis positio. q̄si repositio reꝝ ꝛ specieꝝ aromaticaꝝ. ꝛ p̄t sumi large ꝓ loco in q̄ vict⁹ seruaꝫ. Vn̄ apothecarius. ꝛ ē ille q̄ reseruat spēs aromaticas Itē pign⁹ oris ē fili⁹ possidens hereditatem paternā. Vn̄ caniꝫ de corꝑe xp̄i. Et future glīe nobis pignus datur. vn̄ Cum pignus dat oris signat natū genitoris. Sꝫ pignus eris. idem ē qd vadimoniū. vn̄ Eū pignus dat eris defectū mitigat eris. Itē alibi. Pignus in o natū. sꝫ pign⁹ in e vadiatū Itē ypotheca dr ab ypos qd ē sub et thesis positio q̄si suppositio reꝝ mobiliū. Vn̄ scribiꝫ in lr̄is. ꝓmitto hoc sub ypotheca oim meaꝝ reꝝ. tam mobiliū ꝙ immobiliū

Nuncupat appellat et nominat et vocat ista
Vociferat censet sensu funguntur eodem

Hic autor ponit consynonoma illius ꝟbi appello. Pro q̄ sciendū ꝙ illa verba nuncupo appello ꝛc. omnia significant actum nominandi ꝛ ponuntur hic sub voce actiua. ꝗuis etiam aliqua sunt ponenda sub voce deponentali. vt nuncupoꝛ appelloꝛ. Et construuntur cum nominatiuis casibus a parte post sub voce deponentali. vt vocoꝛ hermānus appelloꝛ petrus. Sed sub voce actiua ꝯstruunꝫ cum accusatiuo. vt voco te ꝛē

Pro quo vlterius sciendū. ꝙ hoc verbū nūcupo ꝯponit a nūc ꝛ occupo as are. qḋ vlterius ꝯponit ab ob ꝛ capio mutādo b in c. Jn̄ nūcupatio .i. noiatio. Jtē appello ꝯponit ab ad ꝛ pello as are. Est āt appellare ab infe riori iudice ad superiorē disceptare. Sed appello is ere tercie ꝯiugatōnis est naues ad littus applicare. Scḋo idē est qḋ cogere vel ꝯpellere. vt tal' vult ipm appellere ad hoc opus .i. cogere. Jtē nomino as are ḋr a nomen nois. Jtē voco as are idē est qḋ p vocē aliqd exprimere. Un̄ canit in canti cis. Uocaui eū ꝛ nō rn̄dit mihi. Jn̄ vox vocis .i. sonus vocalis. Jn̄ vocife ro as are. q̄si vocē ferre. Jtē censeo es ere. idē est qḋ iubeo vel iudico. Jnde censor .i. iudex. vn̄ Tres quoqꝫ censores apud inferos sunt q̄si reges. Jnde de censura .i. iudiciū. Un̄ scribit in litteris. Rogamus q̄tenus illū ꝯpella tis p censurā ecclesiasticā .i. p iudiciū spūale. Et censeo etiā idē est qḋ no mino. ꝛ sic capit hic in lrā. Jn̄ ꝯponit recenseo es ere. qḋ idē est qḋ numera re. Un̄ canit de btā ꝟgine. Sed qd nos istos recēsemus heroas. idem est qḋ numeramus. Jtē recensuit moyses ppl'm .i. numerauit Sed recēsio is ire q̄rte ꝯiuga. idē est qḋ purgare. Jnde recēs recētis. Et dn̄t recēsitus a um media longa. ꝛ recensitus media correpta vn̄ ꝟsus. Uasa recensita. sꝫ poma recensita dicas

Ostia qui reserat aperit panditqꝫ recludit

Eiusdem sensus depessulat additur istis.

Hic autor ponit ꝯsyno. huius ꝟbi aperio. Pro q̄ sciendū ꝙ hoc ver bū resero ꝯponit a re ꝛ a ꝟbo sero as are. Est āt serare idē qḋ ianuā clau dere. Et drā signat inter sero is ere. tercie ꝯiuga. ꝛ sero as are pme côiu. p Grecistā. vn̄⁹. Si sero dico seris. tūc terre semia mādo. Si sero dico se ras tūc limen ad ostia pono. Jn̄ sera e. ꝛ est firmatio ostij. Jn̄ serator id est clauiger. Jtē pessulū ḋr ꝓprie lignū quod pellit hinc inde ab vno angulo ad aliū qn̄ ostiū clauditur. Jnde depessulo as are est idē quod reserare. Un de legit in canticis. Aperui pessulū dilecto meo. Jtē lrā ḋr. ostia deriuat a verbo ostio as are. Jn̄ etiā deriuat hostis id est emulus siue inimic⁹. Jn̄ ostium id est ianua. Et ḋr quasi ꝓhibens introitum hostib⁹. Et ostio as are idem est qḋ ostiū claudere. Jnde ostiator. id est ianitor. Item pando est idem qḋ manifesto. ꝛ capit hic p aperire. qꝛ qui ostium aperit res ma nifestat. Sed recludo ḋr a re ꝛ claudo. ꝛ deponit ibi a. ꝛ ḋr recludo. q̄si ite rato clausum aperio. Sed depessulo cōponit a de. ꝛ a noie. pessulū. qḋ idē est quod obex vel repagulum.

Hec tria cōiungas ꝓsumit vsurpat ꝛ audet

Hic autor ponit ꝯsynonoma illius ꝟbi audeo es ere. Pro quo scien dum ꝙ presumo is ere idem est quod superbire. Et dicitur presumere q̄si pro alijs sumere. Jnde presumptio. Jnde presumptuosus id est superbus Etiam presumere idem est quod confidere. Et sic dicimus. presumo de te omne bonum. id est confido. Jtem vsurpo as are est idem quod laudē attrahere. Et sic dicimus. ille vsurpat sibi verba magisti. id ē attrahit lau

dem magistri. Vñ vsurpatio. ⁊ est acq̄sitio laudis aliene. Et hoc verbum
vsurpo ꝯponitur a nomine vsus ⁊ a verbo rapio. Et dicitur vsurpo qua
si vsum vel laudem alterius rapio. Audeo es ere est verbum neutro/
passiuū. ⁊ est synonomū cum p̄dictis. Pro quo etium sciendum. ꝙ hic in
frā debet supaddi vendico as are. Et vendicare ſ̄cat aliquid cōtra se con
trahere. sicut faciunt vispiliones in diuisione rerum spoliatarꝫ

Sulcat arat versat glebat colit excolit agros

Hic autor ponit ꝯsynonoma illius ṽbi aro as are. Pro q̄uo sciendū.
ꝙ sulco as are ſ̄cat sulcos facere. Vñ quādo terra distendit cum aratro
tūc causat sulcus. Et tūc dicamus similitudiarie. ille sulcat manus. i. sulcos
et rimas facit in manibꝫ. Vñ sulcator. i. agrestis. vnꝰ. Versi sunt sulci tar/
de venere bubulci. Sed aro as are ſ̄cat agrū rarꝫ facere. Vñ aratruꝫ. et est
instrumentū p̄ncipale ꝑtinens ad agrū. Itē verso as are est frequentatiuū
illius verbi verto quod hꝫ versum in supino. Inde dr̄ verso q̄si frequenter
verto. Sed moderni grāmatici dicunt versor deponentalr̄. Itē glebo as
are est terram ꝯcutere. ⁊ venit a noīe gleba quod est cōuolutio argille Et
gleba venit vlterius a noīe glomus. i. conuolutio filorꝫ. Vñ globo as are. ⁊
significat globum facere. Item colo is ere habet plura significata. Vnde.
Agros rus formaꝫ superos colit atqꝫ parentes. Hos arat hic habitat or
nat honorat amat. Et prout hic sumitur est consynonomum huius verbi
aro as are. Sed excolo componitur ab ex ⁊ a verbo colo. Item ager dicit
a verbo ago is ere. quia sepe agitur

Alget algescit friget frigescit ⁊ inde
Algidus ac algor pariter maris alga vocatur
Infrigidatur predictis associatur

Hic autor ponit synonoma illius verbi algeo es ere. Vnde algeo est
verbum neutrale. ⁊ ſ̄cat frigus pati. ⁊ est idē quod frigeo. Inde algesco. i.
incipio frigere. Inde algor oris. id est frigiditas. Vñ algidus. id est frigi/
dus. Inde alga. ⁊ est herba frigidissima crescens in mari. vnde Grecista.
Dicitur alga maris. sed dicitur vlna paludis Frigeo es ere est verbū
neutrale significās frigidum fieri. Inde frigesco verbū inchoatiue forme.
Et est differentia inter frigeo es ere. ⁊ frigo is ere. Nam frigo is significat
carnes decoquere in patella. ⁊ habet frixi in preterito. Inde frixorium. ⁊ di
citur residuum carnis pinguedine extracta. Inde frixa et frixatura. id est
assatura. Sed frigeo es ere. id est frigus pati. Inde frigidus a um. Inde
etiam frigor oris quod duo ſ̄cat. primo idem est quod frigus. secūdo ideꝫ
est qd̄ ira. vñ Psalmista. Añ faciē frigoris eius q̄s sustinebit. Vñ etiā frigi/
do as are actiuū. Vñ etiā infrigidor aris. ⁊ est maxime frigus sustinere

Ara vel altare domini vel mensa vocatur

Atq; tripes dici consueuit apollinis ara

Aras inspiciens inde dicatur aruspex

Est ara porcorum breuis. sed ara deorum.

Hic autor ponit cōsynonoma illius noīs ara. Circa vocabula sciēduz ꝙ ara pͥma longa est idē qđ altare. ꝛ dr ab orando. qꝛ in ara deus adorat᷑. sed hara pͥma breuis est vas ex quo comedūt porci. ꝛ dr ab arando pro il-lo significato. qꝛ porci in tali vase cū rostris suis arant. Vñ ab illo noīe ara deriuat᷑ aruspex. ꝛ dr esse diuinatoꝛ p̄nosticans futura ex inspectōe are Et dr aruspex a noīe ara ꝛ a verbo specio qđ in simplici nō est in vsu. Itē altare dr quasi alta ara. qꝛ debet poni in alto loco. Itē tripes vocat᷑ ara illius dei q̇ dr apollo. Et dr ꝓprie illa sedes in qua fuit apollo ꝯsuetus dare rn̄sa. Item mensa dr a mene grece qđ est defectus latine. Et capitur ꝓ disco pauperum. Inde mensale id est mappa qua tegit᷑ mensa

Induit ac operuit amicit vestitq; tegitq;

Occulit obnubit obumbrat celat ꝛ abdit

Condit ꝛ abscondit velatq; simul sociantur

Hic autoꝛ ponit ꝯsyno. illius ꝟbi amicio is ire. Pro q̄ sciendū ꝙ induo is ere ē ꝯsynonomū cū hoc ꝟbo amicio. Et ab eo deriuat᷑ induuie a꜡ nomē pͥme declinatōis pluralis numeri tm̄. ꝛ sunt vestes mortuorum.

Operio is ire est idē qđ vestire. vñ in euāgelio. Dū videris nudū operi eū. Et cooperio idē ſcat. ꝛ ꝯponit᷑ a con ꝛ a verbo operio deponēdo n. Iñ coopertimentū ꝛ cooꝑtoriū. i. tegimentū Amicio is ire est aliquem veste circūdare. Iñ amictus us ui. i. vestimentū. vñ Histrio post victū querens nūmos ꝛ amictū. Non est delictū si q̇s sibi porrigat ictū. Vestio is ire. id est vestes induere. Iñ vestitus us ui. i. vestimentū. Sed vestitus a um. ꝑticipiū. i. vestimēto indutus. vñ⁹. Vir bn̄ vestitus in vestibꝫ esse peritus Credit᷑ a mille q̄uis ideota sit ille. Itē Si careas veste nūq; ꝓcedis honeste Nullius es laudis q̄uis sapis om̄e qđ audis Tego is ere idem est qđ cooꝑio. Iñ teges getis. ꝛ est casa vel parua dom⁹ Iñ tegula. ꝛ est lignū mediāte q̊ tegit᷑ domus. Iñ tegularius ꝛ tectoꝛ. 2 sꝫ isti q̇ tegūt domicilia

Velo as are idē est qđ tego. Et ſm Hug. ab eo deriuat᷑ vela le. ꝛ ē cōcauitas manus. Inde velum li. ꝛ est pannus pendens in templo. Vꝫ idē est quod cortina. vnde Grecista. Velum cortina velum tectura vocat᷑ Et ꝙ velo intantū significat sicut tego habetur exemplum in passione domini. Et velauerunt faciem christi dicentes. Prophetisa nobis christe ꝛc̄. Iñ ꝑ compositionē reuelo. ꝛ est idem qđ publicare vel manifestare. Vnde in passione domini. Reuelabunt celi iniquitatē iude. Iñ reuelatoꝛ 2 reuelatio. Itē occulo componit᷑ ab ob ꝛ a verbo colo mutando b in c. ꝛ hꝫ occului in preterito ꝛ occultū in supino. Inde occulto as are verbū frequentatiuū idē est qđ velare vel abscondere. Iñ occultatio. i. absconsio. Iñ etiā occu

lus. quia regitur supcilio. Item obnubo ꝯponitur ab ob ⁊ nubo qđ idem est quod tego. ⁊ est verbū actiuū. Et transsumit a propria significatione quia ponit pro ꝯiunctione femine cū viro. ⁊ est vnū verbum neutrūpassi-uum. Vñ Florista Neutrū pas. nubo. neutropas. gaudeo fio. Iñ nupta te et est mulier nouiter copulata viro. Inde nuptie arū. ⁊ est festum spōsi cuȝ sponsa. Item obumbro ꝯponitur ab ob ⁊ a verbo vmbro as are. qđ ideȝ est quod occultare. Et deriuatur a nomie vmbra bre. Inde vmbrella et vmbraculū duo noīa diminutiua. Inde vmbraculo as are. ⁊ fcat vmbrā facere sicut faciunt corpora in radijs solaribus. Item celo as are duo sig-nificat. Primo significat lapides sculpere. ⁊ tūc ab eo deriuatur celtes qđ est instrumentū lapicidarum. Alio mō idem est qđ occulto. ⁊ sic tradit in lrā. Et ab eo deriuat celum. quia celū tegit oīa. vñ Grecista Celo duȝ sculpo lapides celo cooperto. A primo celtes dic celū a posteriori. Ab-do is ere est vbum tercie ꝯiugationis. ⁊ est ꝯpositum a prepositione ab ⁊ do das dare. Iñ abditus a um id est absconditus

Est globus atq; strues cumulus acervus ⁊ agger

Est glomus hinc glomeris cōglomero dicit inde

Hic autor ponit ꝯsyno. illius nois agger. Pro quo sciendū ꝙ agger eris dr esse cumulus terre aliquantulū eleuatus. Etiā dr cumulus ligno rū. ⁊ deriuat ab illo verbo aggero is ere. qđ ꝯponitur ab ad ⁊ a verbo ge-ro mutando d in g. Globus dr corpus orbiculare spericum siue rotun dum. Et sumit p tumulo in ꝓposito. quia illud corpus est compactum ad modū cumuli. Iñ globo as are ⁊ est globos facere vel ludere globis Strues dr cumulus lignoꝝ. ⁊ dr ab illo verbo struo is ere quod idem est qđ edifico. eo qđ strues ꝑ ligna pticularia ꝯstruitur. Item cumulus dici tur ꝯgregatio cuiuslibet rei. Inde cumulo as are. Inde accumulo as are et fcat cumulos facere Aceruus ꝓprie dicitur cumulus lapidum. ⁊ de riuatur a nomine acer. ⁊ acer est quedam herba amara. Glomus dicit coniūctio multorum filorum in vnum. ⁊ pt esse generis neutri ⁊ tercie de-clinationis. vel generis masculini ⁊ secunde declinationis. ⁊ semꝑ est con-gregatio filorum. vnde Hic glomus. hoc ve glomus fili glomeratio fert. Hoc nomen glomen poteris alijs dare rebus

Dic anachoritas inclusas ac heremitas

Ab heremo venit hōc sed ab ana nascitur illud

Hinc anachorite quasi corde supma colentes

Hic autor ponit consynonoma illius nominis anachorita. Pro quo sciendum est ꝙ anachorita dicitur ab ana quod est sursum ⁊ cor cordis. et teneo tenes tenere quasi tenēs cor suum sursum ad deum omnipotentem Sed heremita dicitur ab heremo. ⁊ est homo habitans in loco deserto. ⁊ sic dr ꝙ Paulus fuit primus heremita. Et dr heremita qsi morās in heremo

Sed inclusus dr ab in ⁊ a, verbo claudo is ere. ⁊ dr inclusus quasi solitarie clausus. Et inclusus ⁊ ꝯclusus. qꝛ inclusus dr ille q̄ nō pt exire. Sed conclusus est ille q̄ pt exire. Et ab hoc noīe anachorita dicunt̄ anachorite. ⁊ sic hoīes fideliter tenentes corda sua ad summū bonū scꝫ ad ip̄m deum

Ambulo vel gradior eo vado deambulo pergo

Additur his spacior itineror ac proficiscor

Hic autor ponit ꝯsynonoma illius ꝟbi ambulo as are. Pro quo sciendum ꝙ ambulo ꝯponit̄ ab an qḋ est circū. ⁊ volo as are. ⁊ mutat̄ u in b et o in u. vt ambulo q̄si circūuolo. Itē gradior est verbū deponentale ⁊ ſcat ambulare. Vn̄ gradarius. i. equꝰ leuiter incedēs vel gradatim transiens. Inde degrado as are. ⁊ est aliquē de gradu ponere. Itē eo is ire est vnum verbuꝫ simplex neutri generis. ⁊ est idem qḋ transeo. Et transeo ꝯponit̄ a trans ⁊ eo. Et ab hoc verbo eo deriuat̄ iter qḋ duo ſcat. Uno mō idem est quod via. Alio mō idem est qḋ ambulator. Vn̄ Nō dimittit iter ꝓpter pluuiā bonus iter. Iteꝫ a verbo vado dr vadus di. i. ⁊ est locus aq̄sus non ꝓfundus quē hō potest pedibꝫ ꝑtransire. Sed vadio as are. est ideꝫ quod ꝓ pignore certare. Item ꝑgo is ere etiā est ꝯsynonomū cū p̄dictis. ⁊ est compositū ab hoc verbo rego. ⁊ hꝫ ꝑrexi in p̄terito. Item ambulo componit̄ cū ꝑ. vt ꝑambulo. ⁊ tunc ꝯstruit̄ cum accō sine p̄positōne. vt ꝑambulo campū. Itē spacior aris est verbū deponentale. Et dr a noīe spaciuꝫ quod est idē qḋ vastum vel ambulo. Inde spaciosus. i. amplus. Et spacium multotiens ponit̄ ꝓ loco amplo ⁊ delectabili. ⁊ sic dicimus. volumꝰ ire ꝓ spacio. Item itineror est verbū deponētale deriuatū ab hoc noīe iter itineris. Item ꝓficiscor est verbū deponētale. ⁊ ſm aliq̄s deriuat̄ a verbo ꝓficio. ⁊ habet ꝓfectus sum in preterito. Et differunt ꝓfectus ⁊ ꝓfectus. Unde Causa profectus sum longe sepe profectus

Dicit aue veniens de iure valeq̄ꝫ recedens

Celestem dic aue mihi designare salutem

Hoc verbum salue comprendit aueq̄ꝫ valeq̄ꝫ

Hic autor ponit ꝯsynonoma illius ꝟbi aue. Pro quo scienduꝫ ꝙ aue est verbū defectiuū ſcans salutationē ip̄ius venientis. Et specialiter significat salutationē celestē. Vn̄ ip̄e angelus Gabriel salutauit beatā virginē Mariam dixit. Aue gratia plena ⁊c̄. Et dr ab a qḋ est sine ⁊ ve quasi ve a dolore. qꝛ ip̄a beata virgo peꝑit christū sine oīm ve. i. sine oīm dolore. Sed vale est verbū defectiuū ſcans salutationē ip̄ius recedentis. Et dicitur vale quasi validus sis. Sed salue dr quasi salus sit tibi sine ve. Et ꝑtinet tam ad venientē q̄ꝫ ad recedentem.

Amussis perpendiculum quod regula signat

Synonoma

Inde mussare fugit fil q dubitare
Mussat q dubitat
mussat q immutat
idem

Ex hinc amussim quod dicitur indubitanter

Hic autor ponit ꝯsynonoma illius nois amussis. Pro quo sciendum ꝙ amussis dr ab a qd est sine ⁊ musso as are. qd idez est qd dubitare. Et amussis dr esse illud cū quo lapicide cognoscūt equalitatē muri vel etiaz angulorꝝ siue illud sit ferreū vel plūbeū. Et hoc verbū musso as are ē equiuocū. Primo idē est qd dubitare Inde deriuaꝛ didunius. qsi diu mussans id ē dubitās. Scdo est idē qd murmurare. Vñ Grecista Mussat q dubitat. mussat q murmurat idē. Et ab illo noie amussis deriuaꝛ amussim aduerbiū. i. indubitanter. Item ppendiculum dr a vbo ppendo is ere. qa mediāte illo instrumēto ppendiꝛ eqlitas ipius muri. Item regula est equiuocū. Primo fcat instrumētū lapicidarꝫ de quo iam dcm est Scdo dr pceptū alicuius artis respiciēs nos in illa arte. ⁊ sic dicimus hec est vna regula grāmaticalis. Tercio fcat institutū. Et sic dicimus Illi seruant regulam beati Augustini id est institutum ab augustino. Unde. Regula dat lignum pceptum regula normam.

Obliquo simo curuo vel arcuo limo

Lento vel flecto predictis associato

Omnibus his verbis sensum dabit vsus eundem

Hic autor ponit ꝯsynonoma illius vbi arcuo. Pro quo sciendū ꝙ hoc verbū arcuo venit a noie arcus. qd plura fcat sicut pꝫ in equocis. Sꝫ hic sumiꝛ p curuatura testudis in eccłia. Iñ deriuaꝛ arcuo. ⁊ est idē qd curuo Iñ arcuitas. i. curuatio. Iñ curuator ⁊ dr ille q edificat arcū siue testudinē Itē obliquo as are est idē qd curuare. ⁊ venit a nomīe obliquus qd dr ab ob qd est contra ⁊ equū quasi ꝯtra equalitatē. Item simo idē est qd curuo. Et deriuaꝛ a nomīe simus a um. qd est idē qd curuus. Iñ simea. ⁊ est aīal hñs curuū nasum. Itē limo as are etiā idē est qd incuruare. Iñ limatus us ui. i. incuruatio Et dr a noie lima. ⁊ est instrumentuꝫ mediante q res incuruanꝛ. Itē flecto is ere etiā est idē qd incuruare. Et lento idē significat cum p̄dictis. Iñ lentus id est tardus vel piger.

Balsamus est arbor sunt balsama dicta liquores

Arboris emanant opobalsamū cortice cesa

De folijs effecta scias folibalsama tritis

Trita vel inscisa faciunt calobalsama ligna

Hoc est capitulum scdm in quo autor vult determinare de dictionibꝫ ꝯsynonomis incipientibꝫ a lrā b. Et pmo incipit ab hoc noie balsamꝰ tāꝙ a digniori. Et vult pro sentētia ꝙ balsamus est arbor nobił. sed balsamum est liquor ipsius arboris. Iñ venit opobalsamū. Et dr vngentū factum de cortice ipsius balsami. Inde etiā folibalsamū. Et dr vngentū fac

tum de folijs ipius balsami. Jnde etiam venit colobalsamū. Et dicit vngentum factum de lignis balsami. Circa vocabula sciendum ꝙ balsamus est omniū arborum nobilissima. ex qua arbore fiunt diuersa argenta. Et illa argenta possunt vocari communi nomine balsamū. Jnde balsamo as are. ꝛ ꝑcat liquorem conficere de illa arbore. Et in ea arbore cōsiderantur quinqꝫ. scʒ folia cortex lignum liquor ꝛ succus. Et ex istis fiūt diuersa argenta spēalibus nominibꝰ nominata. quia vngentum qđ causatur in fructu balsami vocaꝶ cerobalsamū. Et dꝛ a ceros grece quod ē fructus latine. Et dicitur balsamū quasi vngentū factū ex fructu illius arboris. Sed vngentū quod fit de folijs tritis ꝛ abscisis vocaꝶ folibalsamuꝫ quasi ex folijs balsami factum. Et hoc autor intēdit in littera cum dt de folijs facto ꝛc. Sed vngentū factum de cortice balsami vocatur opobalsamum. Et hoc autor innuit cum dt Arboris emanant ꝛc. Sed vngentuꝫ factum de ligno balsami vocatur colobalsamum Et dꝛ a colo grece qđ est lignum latine ꝛ balsamum. Et hoc autor intendit in littera cum dicit Trita vel inscisa ꝛc. Sed vngentum quod manat de tali arbore pt etiaꝫ vocari opobalsamuꝫ. Jtem sciendum Littera dt arbor. Et deriuatur a nomine herba. qꝛ arbor in principio est disposita ad modum herbe. Jtem mano as are. idem est quod fluere. Unde canitur de sancto Nicolao Ex eius tumba sacrum manat oleum. Jtem cortex ticis est exterior ps ipius arboris. Et dꝛ cortex quasi cor tenens. vel quasi corpus tenens. Jn̄ cortico as are ꝛ etiam de cortico. Et valet intantum sicut paro in vno eius significato. Jtē foliū est defensoriū ipsius fructus in arbore. Quia sicut vestes defendunt hominē, sic folia defendunt arborem vel fructus arboris. Jtem trita venit a verbo tero teris terere. Jnde trito tritas tritare. et est frequenter terere. Jnde terra. quia frequenter teritur pedibus ambulantium. Jtem inscisa venit ab illo verbo inscido is ere. quod habet inscidi in preterito. Jnde inscissor. ꝛ potest dici sartor

Uinū vel deus est bachus. sit bacha sacerdos
Quelibet insanum bachari dicimus inde
Uiuunt insani qui bachanalia curant

Jn ista pte autor ponit ꝯsyno. illiꝰ noīs bachus Pro q̄ sciēdū ꝙ mgꝶ vult ex lrā ꝙ bachꝰ mouet voce ꝛ ꝑcatione. Ut bachus bacha Et bachꝰ est semiator vel plantator vini. ꝛ ꝑcat ꝓprie deū vini Et ab eo qđ est bachꝰ dꝛ bachor bacharis. qđ valet intantū sicut insanire. qꝛ bachus facit hoīes insanire Jn̄ etiā bachanalia. ꝛ sunt festa ipius bachi. Et hoc vult lrā cuꝫ dt Uiuūt insani ꝛc. Ubi vult ꝙ hoīes viuentes insane ꝛ furiose dicūtur celebrare talia festa. Sed bacha bache est dea vini vel est nobilis gemma. Et est drña inter bacca ꝛ bacha. Quia bacca dꝛ ꝓmo fructus lauri. vl' oliue. Scđo est cathena Sed bacha bache iam dictum est

Sustentamentū columen basis atqꝫ columna

Synonoma

Pes substans ꝓprie fertur basis esse calumne

Omnia pro statua possunt hec ponere verba

Basileos grece rex dicitur esse latine

Hinc scio basilicam nasci simul et basiliscum

Hic autor ponit ꝯsynonoma illius nois basis. Pro quo sciendum ꝙ basis ꝓprie est illud sup quod ponit colūna vicꝫ fundamentū. Jn̄ sustentamentū dr a verbo sustento as are. quod est frequentatiū verbū huius verbi sustineo. quod ꝯponit a sub ꝛ a verbo teneo es ere. ꝛ capitur pro statua Jtem columen dr esse baculus ꝓprie in quo pueri p̄mo discūt transire. Jn̄ incolumis ꝛ est homo sanus. Jtem colūna dr esse pes stans testudini. vel est vna statua lapidea que sustentat arcum vel testudinē. Et venit a nomine columen. ꝛ quid sit columen iam dictū est. Et dr columna. q̄si dans columen. Jtem basileos grece dicit rex latine. Jn̄ basilica ꝛ est eccl'ia regia vel capella vbi reges antiq̄tus solebant adorare. Et etiā potest sumi pro qualibet domo regali. Jn̄ etiā basiliscus. ꝛ dr a basileos grece quod est rex latine. qꝛ basiliscus dr aīal quod ex eminentia veneni dr rex alioꝝ animalium habentium venenū. ꝛ est animal valde venenosum. quia solo visu interficit hominem. ꝛ solo flatu aeris interficit aues sup se volantes. Et dicitur ꝙ tale aīal generatur ex ouo galli. ꝛ excubatur a bufone

De balo vel balatu fore dicas balatrones

De baratro recte dicas fieri baratrones

Jn hac pte autor ponit quandā drām inter illa noīa balatro onis. ꝛ baratro onis. Pro quo sciendū ꝙ balatro onis dr esse leccator vel ioculator ambiens mensas dominoꝝ clamans ad modū auis. Et dr ab illo verbo balo as are. quod s̄cat ad modū ouiū clamare. Vel dr a nomine balatus us ui. ꝛ est ꝓprius actus clamandi ouium. Vn̄ dixit q̄dam Mimi balatrones caupones ꝛ meretrices. Quos laudare solent hos spoliare studēt. Sed baratro onis dicit esse leccator circuens mensas dominoꝝ. Et dicit a nomine baratrum. quod idem est quod infernus. Quia sicut infernus non p̄t repleri. sic etiā nec ip̄e baratro. Et etiaꝫ baratro sumit ꝓ diabolo. quia talis etiam multū deuorat. scꝫ quandoqꝫ corpus et animam

Unum significant baculus bacus atqꝫ bacillus

Hic autor ponit cōsynonoma illius nomis baculus. Pro quo sciēduꝫ ꝙ hoc nomē baculus est equocum. ꝛ ab eo deriuatur bacillus. ꝛ est vnum nomē diminutiuū. ꝛ est idem quod ꝑuus baculus. Jn̄ deriuatur imbecillus a um. ꝛ hic ꝛ hec lis ꝛ hoc le. ꝛ est hō fortis. Et dr ab in qđ est nō ꝛ bacillus q̄si nō indigēs baculo. ꝛ hoc nomē baculus deriuat ab hoc ꝟbo bacco as are. ꝛ s̄cat vas ꝑunaꝝ facere. vt est thuribulū. Et drn̄a est inter car

bonẽ ⁊ prunã. qr pruna dr carbo inꝯtum ardet. Et dr a per qd est valde ⁊ vro is ere. qr pruna vald' vrit. Vel dr a ꝟbo pruno is ire qd idem est quod scalpo. Inde pruricies .i. scabies. vñ Dum cutis prurit scabies intrinsecus vrit. Sed carbo dr inꝯtum est extinctus. vñ Extinctus carbo. pruna quoqꝫ dr ardens. Itẽ dt Brito. Dum calet est pruna. carbo dum deficit ignis Et differũt inter se pruna ⁊ pruna. Unde pruna ne feĩ generis ꝓme declinatõis est carbo ardens vt dictũ est. Sed pruna oꝝ neutri gꝫ pluralis numeri dicũtur fructus pruni. vñ Igne calet pruna fert prunus dulcia pruna

Bacus p c scriptũ est equocũ. qr qñ ꝓma eius syllaba est breuis tunc est vas in quo seruãtur carbones. sed ꝓut ꝓma syllaba est longa tũc est nomẽ ꝓpriũ. vñ Dic pro vase bacũ. ꝓ ꝓprio noĩe bacum

Signãt idem barrus elephas simul ⁊ elephantus

Nam barros grece graue dicitur esse latine

Barro barronis grauis aut autenticus est vir

¶ Hic ponit ꝯsynonoma huius noĩs barrus. Pro quo sciẽdũ ꝙ barrus dr esse elephas rõne barratus. ⁊ est vox elephantis Et dr a barros in greco qd est graue in latino. qr tale aĩal hꝫ grossam ⁊ grauẽ vocẽ. Inde dr barro onis. et ꝑcat virũ nobilẽ ⁊ autenticũ. qr tales sunt graues suis subditis. sꝫ ẜm Hugꝫ barrus dr a bar grece qd est forte latine. qr tale aĩal est multum forte. Sed hoc nomẽ elephas dr ab elephante tali mõte in quo habitãt elephantes. ⁊ sunt aĩalia inflexibilia. eo ꝙ nõ hñt flexuras mẽbroꝝ. et sunt talis nature ꝙ qñ ꝓdũt fetũ vel partũ. tũc pariendo intrãt aquã ⁊ post partũ dirigũt fetũ suũ rostro suo ad terrã. ⁊ talia aĩalia sunt frigide ⁊ humide nature. Vel elephas dr ab elephãdo ꝑ ꝯtrariũ. qr qñ cadit nõ pt ecõuerso surgere. qr caret tibijs ⁊ flexibilitate in pedibꝫ. Etiã ab elephas dr elephanꝰ nomẽ scđe declinatõis. ⁊ idem ꝑcat. vñ Gre. Est hic ⁊ hec elephas inflectio tercia dt. Sepe scđa tñ denũciat hic elephãtus Autẽticus venit ab autẽtin grece qd est nobile vel clarum latine. Et sic barrus dr autenticus. id est nobilis rõne ꝓgeniei.

Lanigeras vel oues balantes atqꝫ bibentes

Dicimus eiusdem tot nomina sunt animalis

Esset in his si non viciaret ouicula vsum

¶ Ponit ꝯsyno. huius noĩs bidens. Pro quo sciendũ ꝙ laniger dr ouis et dr qsi lanã gerẽs. vel dr a ꝟbo lanio as are .i. lacerare. Iñ lanista .i. carnifex vel homicida. Iñ lanifico as are .i. lanã preparare. Iñ lanifex ⁊ lanificium. ⁊ est locus vbi lanifices opant' cũ lana. Ouis dr a ꝟbo ouo as are quod in vno ꝑcato valet tantũ sicut gaudere. qr olim sacerdotes sacrificantes oues cũ gaudio ⁊ tripudio sacrificabãt. Oꝫ aũt ouare valet tantũ sicut gaudere

patet in hoc metro. O mi frater oua panē comedemus ꝛ oua. Oua.i.gau-
de. Et ſm Hug. hoc nomen ouis venit a ṽbo offero. qꝛ antiq̄tus oues of
ferebant. Inde oblatio ꝛ oblatū.i.holocauſtū vel offertoriū. Itez balans eſt
ouis. ꝛ dꝛ ab illo ṽbo balo as are. ꝛ eſt clamare ad modū ouis. Jn̄ balatus
us ui. ꝛ eſt talis clamor. Bidens dꝛ ab illo aduerbio bis ꝛ a noīe dens.
qꝛ hꝫ binos dentes in anteriori pte cū quibꝫ naſcit. Itē littera dt ouicula. ꝛ ē
diminutiuū illius noīs ouis. ꝛ nō pt bene poni in metro. quia habet quattu
or ſyllabas breues.

Balteus inſignes matronas aureus ambit
Ex auro mixta contexunt ſerica fila

Balteus et ſtropheū cintoria cingula zona
¶ Hic autor ponit ꝯſyno. huius noīs balteus. Pro quo ſciendū ꝙ balte
us dꝛ cingulus aureus mixtus ſericis filis circundans inſignes matronas
vel nobiles mulieres. ſed balteus ſm Hug. dꝛ cingulus militaris. ꝛ ꝓprie
dꝛ illud in quo dependent arma. ꝛ eſt heteroclitū vt pꝫ p Alexandrū Jnde
deriuat balteolus diminutiuū.i. balteus fulgidus ſiue ſplendidus. Jn̄ bal
teo as are.i. cum balteo cingere. Item dt ſerica fila. Unde a noīe ſericuꝫ ve-
nit ſericus a um. et ſic ponit in littera ſerica cauſa metri ¶ Pro quo ſciendū
ꝙ hoc nomē ſericū venit a ſeron qđ eſt opidum. qꝛ ibi primo fuit inuentū ſe-
ricū. Jn̄ ſerica ꝛ eſt veſtis nobilis. Jn̄ ſerico as are.i. ſericū facere. Inſig-
nes venit a noīe ſignū qđ idē eſt qđ exēplū. Inde hic ꝛ hec inſignis ꝛ hoc ne
id eſt nobilis. Jn̄ ſignifer.i. vexillifer. Itē littera dt aureus. ꝛ venit a noīe au
rum qđ eſt metallū excellens oīa alia metalla. Jn̄ auricalcum. et eſt fex auri
Jn̄ aurifodina. ꝛ eſt fouea vbi fodit aurū. Item littera dt mixta. ꝛ deriuat
ab illo ṽbo miſceo es ere. qđ hꝫ miſcui in pterito ꝛ mixtū in ſupino.

Betam maguderim caulem dic eſſe ſecūdum

Hinc adiectiuū nomen betaceus exit
¶ Hic po. ꝯſy. illiꝰ noīs beta. Itē beta eſt equocum. qꝛ aliq̄n eſt ſcđa littera
apud grecos. Et inde deriuat hebraica littera ſcilꝫ beth. A q̄ deriuat bethel
et eſt domꝰ dei. Jn̄ bethlehē eſt nomē cuiuſdā ciuitatis. ꝛ interptat quaſi do
mus panis. Jn̄ alphabetū. ꝛ eſt ordo lrārꝫ. Scđo mō beta dꝛ caulis q̄ creſcit
in orto poſt abſciſionē olerū. Jn̄ betaceus nomē adiectiuū. ꝛ eſt cibꝫ factꝰ de
beta. Sꝫ caulis dꝛ a con ꝛ ab alo is ere. qꝛ vnū alitur cū alio. Uel dꝛ caulis
a caumate. ꝛ cauma eſt pluma calida ꝓficua caulibꝫ. Et ē dr̄ia inter caulis
et caula qꝛ caula eſt ſtabulū ipaꝝ ouiū. Sed caulis dꝛ eſſe olus. Sed magu
deris ꝓprie nō dꝛ caulis ſed eſt trūcus ipſius caulis.

Signat idem bilis offenſa rancor et ira
Sed proprie bilis eſt humor fellis amarus

Joannis de garlandia

¶ Hic autor ponit synonoma huius nois bilis Pro quo sciendū q̄ bilis idem est qđ ira. et capit͛ causa p causato. q2 bilis dr amarus humor ipsius fellis ex quo causat͛ ira. Uel est sedes ipsius fellis vel ire. Et ponitur ideo p ira. q2 ira pcedit a felle vel a bile Inde debilis. id est fragilis. Sed rancor est indignatio vel dolor mentis. Et dicitur a ran grece quod ira latine. Inde rancidus. id est iracūdus. Item ira est furor recens cito transiens. Et differunt ira z iracūdia. nam quid sit ira iam imediate dictū est. Sed iracūdia est ira indurata in odium conuersa non leuiter recedēs a mente. Et ab hoc nomine ira deriuatur verbū deponentale scz irascor. Inde etiam iratus et iracūdus Offensa vel offensio deriuatur ab offendo dis ere. quod valet intantū sicut ledere. Item littera dicit fellis. et fel ē intestinū animalis a quo procedit ira. Unde in passione domini legitur. Et dederūt in escam meam fel. Item hoc nomen bilis ƀm Papiam dicitur pellis ipsius fellis. Uel pellicula circundās fel

Ex geminis libris constat mensura bilibris

Dicūtur bifores gemine value coeūtes

¶ Hic autor ponit vnū notabile de hoc nomine bilibris. et etiam ponit significata eius ¶ Pro quo sciendum q̄ bilibra duo significat. Primo idē est quod trutina vel libra cum qua aliquid mensuratur. Secundo libra valet tantum sicut viginti solidi. Inde dicitur bilibris. z est pondus habens duas libras. Inde deriuatur libertus et est homo faciens ƀm proprium suū velle. Inde libertinus. id est filius liberti. Inde libripens. z est ille qui tenet librā. vel est illud qđ pendet in libra Tunc autor subiūgit dicens q̄ bifores dicūtur ianue duplices. et deriuatur ab illo nomine binus z ab aduerbio foris. quia tales ianue claudūtur foris. Et proprie bifores dicūtur ianue q̄ habent duas valuas. Item geminus idem est qđ duplex. Inde gemino as are id est duplicare. Item valua idem est quod ianua. Et dicitur valua q̄si vacua. quia raro est occupata.

Intono vel resono rebbo tono mugio clamo

A boo buccella fit buccula bucca boatus

De cano de bucca cum buccino buccina fiunt

Infantum buccas ossila vel oscula dicas

Est buccella cibi quātum semel accipis ore

¶ Hic autor ponit synonoma illius verbi boo as are. ¶ Pro quo sciendū est q̄ boo as are est sonū bouis facere. Inde cponit͛ reboo qđ idē significat. Et dr a re z ꝟbo boo. Sed intono as are idē est qđ sonare. Et ab in quod est valde et tono. Inde deriuatur tonabulum. et est instrumentum factum cum sono Inde etiā potest dici tintinabulū. z est parua campana si

ue corpus pendens in medio campane Inde deriuat tonitru et est sonus factus in nubib. Sed mugo is ere est sonū ipsorum boum facere. Īn mugitus ꝛ est talis sonus. Sed clamo as are est generale ad illa ꝛ significat generaliter sonū facere. Inde clamito as are est frequētatiuū huius vbi clamo ꝛ significat frequēter clamare. Unde in libro sapientie. Sapientia clamitat in plateis ¶ Sciendū ꝙ ab illo vbo boo boas boare venit boatus .i. vox. Inde deriuat buccula ꝛ buccella que sunt diminutiua huius nois bucca bucce. Et deriuatiuū immediatū huius nois bucca est buccella. sed mediatum est buccula. Et bucca bucce venit a vbo boo as are et pmo est maxilla infantum. Sed buccella dr morsus qui semel ore accipi potest. Et ab illo noie os oris deriuat oscillum ꝛ est diminutiuū huius nois os. et est equiuocum. Primo est paruū os. Secūdo est ludus mediāte quo pueri vel puelle solent ludere. Et dicit alio noie puppa vel puppina. Et differūt inter se popina et pupina. quia pupina dr imago ficta. sed popina idem est ꝙ coquina. Et dicitur a popos grece qd est pingue latine. qr in popina solet esse pinguedo. Itē littera dr infantum. Infans eū dr ab in qd est non ꝛ for faris. et dr infans q̄si nō fans. i. loquēs. Īn infantia ꝛ est etas infantis

Inter se lituus tuba tibia buccina distant

Ex lituo gracilis sonus exijt gratior illinc

A componenti sortitur tibia nomen

¶ Hic autor ponit consynonoma illius nominis buccina Pro quo sciendum est ꝙ lituus dicitur cornu a quo exit gracilis sonus. et facit sonum amenum. Et dicitur a lito as are quod idez est quod rauce sonare. Uel fm aliquos latinos dicitur cornu a quo exit gracilis ꝛ modicus sonus. ꝛ sufflatur tempore prelij. Uel dicitur lituus a lite. Sed tuba dicitur magna fistula habens grossum sonuz. Inde tubicen ꝛ est aliquis canens in tuba. Inde tubicina dicitur mulier exercens tale officium. Sed tibia dicit esse fistula. ꝛ sumit nomen suū ex partib ex quib componitur. quia talis fistula que dicitur tibia componit ex tibijs coruorū. vel capit nomen suum a primo inuentore Inde tunc deriuatur tibicen. et dicitur aliquis canens in tibia. Inde etiam tibicina. ꝛ est mulier canens in ea. Sed buccina dicitur magna fistula cum qua vigiles notificant diem vel noctem. Inde buccino buccinas buccinare. et significat buccina cantare. Item textus dicit (sortitur) Pro quo sciendum est ꝙ sortior sortiris est verbum deponentale ꝛ est idem qd lucrari. et venit ab illo nomine sors quod est equiuocum. Uñ Sors notat cūcum. designat sors capitale

A bubo bubastus bos bostar buccera buris

Bubulus et bulcus buculus buglossa bubulcus

De boo pretereo sit boforus atqꝫ boetes

Est bostar statio bouis curuamen aratri
Buris bubastus timens est vua rasemus
Bos paruus bubulcus sed bubulus est boue maior
Sunt pisces bulci seruant armenta bubulci
Lingua bouina sonat gramen buglossa vocatur
Que cornuta vides aĩalia buccera grece
Sed via bosorus est bouis appellata meatu
Artico defixa polo stat stella boetes

¶ Hic autor per modum notabilis ostendit significata aliquorum nominum et etiam eorũ originem. Et diuiditur illa pars in tres partes. In pma eĩn enumerat ista verba. Secũdo regreditur super hoc verbũ boo quãtum ad hoc q illa nomina deriuantur ab eo. Tercio exponit illa nomina enumerata in littera quãtum ad eorũ significationẽ. Secunda pars ibi (De boo pretereo) Tercio ibi(Est bostar statio) Et potest littera sic exponi. Ego pretereo id est deriuo illa nomina bubo bubastus bostar buccera buris &c. De boo de illo verbo. sic id est taliter bosorus. atqȝ id est etiam supple deriuatur ab hoc verbo boo. Et bostar est statio vel stabulum ipsorum bouȝ Sed buris est curuamen vel posterior pars aratri. Sed bubastus est vua tumens .i. est crescens Rasemus id est ex rasemis Bucculus id est paruus bos. Sed bubulus est maior boue. sed tamen est cum eo consimilis forme seu dispositionis. Et bulci sunt pisces. sed bubulci seruant id est custodiũt armenta. id congregationẽ boum. Et buglossa vocatur id est nũcupatur gramen quod sonat id est dicit supple vulgariter bouina lingua. Sed buccera sonat grece id est in greco animalia que tu vides cornuta. Sed bosorus est appellata id est nũcupata via. et hoc meatu id est a meatu bouis. Sed boetes est stella defixa artico polo. id est in polo artico Circa vocabula est notandũ q bubo est quedã auis magna et grossa. et dicitur ab illo nomine bos qd est animal magnum. Vel dicit ab illo verbo boo as are qd idem est qd sonũ bouis facere. Et est differentia inter bubo et bufo Unde Bufo pedes gradit. bubo per alta volat. Item bostar est equiuocũ. Primo est stabulum boum. et dicit a bos et steron statio quasi boum statio. et tunc habet aris productam in genitiuo singulari. Secũdo est nomen propriũ et tunc habet aris breuẽ in genitiuo. vñ Cum bostar presepe notat producit aris. Cum propriũ nomen tunc breuiat aris. Sed buris dicitur posterior pars aratri. Inde burista. et est aliquis regens aratrũ. Et est differentia inter bubastus ti secũde declinationis masculini generis. et bubastis tercie declinationis feminini generis. quia bubastis est dea bulcorũ. Sed bubastus est tumida et inflata vua ex qua adhuc non est extortuȝ vinũ. Etiã potest

sumi pro supbo. Sed ramus dicit esse granū vue. Sed bubulcus est puus bos domesticus. Sed bubulus est magnus bos indomitus ⁊ siluestris existens maior boue illo domestico. vñ Bos est camporum bubulus est nemorum. Sed bulcus ci dicūtur pisces magni habentes multum de lacte in se. Sed buglossa dicitur lingua boum. vel etiā dr̄ gramen crescēs in pratis Et dr̄ a noīe bos et glossa lingua quasi lingua bouis. Sed buccera dr̄ a nomine bos et ceron in greco. qd̄ idem est qd̄ cornu in latino. ⁊ sunt animalia habentia cornua sicut boues. vel ꝓprie dicūtur quelibet animalia cornuta. Sed bosforus est via vel meatus qui dirigit boues ad pratū. Et dr̄ a noīe bos et foros grece quod est ferre latine.. quia talis via fert boues ad pratū vel ad pascua. Sed boetes dicit stella que est fixa in polo artico. et ista stella est anterior in vrsa maiore et antecedit septistelliū Et deriuat ab hoc nomīe bos. quia talis stella est disposita ad moduz capitis bouis. Item in littera dicitur fixa. Unde ſm huguitionem figo is ere idem est qd̄ alligare. Inde fixula et figula. Et dicitur nodus cū quo mantellus ligatur. Inde crucifigo is ere. et est ad crucem figere vel ligare. Itez meatus deriuat ab hoc verbo meo as are. id est transeo. Inde meatus us ui. ⁊ est est iter vel via. Item stella dr̄ quasi stilla. qr̄ oīs lux stillat ⁊ fluit a stellis. Et dr̄ stella a sto as are. quia stella stat siue fixa est in celo.

Est bombix vermis egestio digerit eius
Serica sit testis huius bombicina vestis

Hic autor ponit significata illius noīs bombiz dicens. ꝙ bombix dicit esse vermis ex cuius digestione fit sericum seu serica fila. Sed bombicina deriuatur ab hoc noīe bombix. et dr̄ sericū factū de sericis filis. Nā ſm huguitionem bombix ꝓprie dr̄ vermis faciens sericum. Et differūt inter se bombix ⁊ bombex. vñ Est bombex lana. sit vermiculus tibi bombix. Item littera dicit egestio. et deriuat ab hoc verbo egero. Sed digestio idem est quod purgatio. vñ Qui bene digerit ingerit egerit est bene sanus. Item littera dicit testis. et dicit ſm huguitōem quasi tenens. et est generis ꝯmunis. Item testor aris verbū deponētale est idem qd̄ testimoniū perhibere. Inde protestor ⁊ ꝯtestor quasi simul testor. Inde detestor aris. Et dicit a de qd̄ est deorsum ⁊ testor. ⁊ sumitur ꝓ maledicere. Inde hic ⁊ hec detestabilis ⁊ hoc le. et valet tantū sicut maliciosus. Unde canit de sancto Nicolao. Detestabilez infamiā seruus dei ademit nicolaus.

Est bufo rana ranūculus atq; rubeta
Turpis auis bubo turpissima bellua bufo

¶ Hic autor ponit ꝯsyno. huius noīs bufo. et cum hoc significata illoꝝ nominū bubo ⁊ bufo ibi (Turpis auis bubo) ¶ Pro q̊ sciēdū ꝙ bufo est animal hñs naturalē dilectōem ad hominē. qr̄ post mortē statim corrodit hominē. Et dr̄ ꝙ generat ex medulla hoīs vel de cerebro vel de spina dorsi Iñ dr̄ bufonus. i. supbꝰ qui est inflatus ad modum bufonis. Sed rana dr̄ a ran

grece qđ est ira latine. Inde deriuat nomen diminutiuū scȝ ranūculus .⁊ est parua rana. Sed rubeta est equiuocū. Primo est animal venenosum habēs oculos rubeos ⁊ ventrem rubeū ꝓpter nimeū venenū. Et dicitur a rubedine vel a noīe rubus. qꝛ habitat in rubis. et vocat alio nomine calomita. vnde Grecista. Sed tamē euita ne te fallat calomita. Secūdo idem est qđ meretrix. Et dicit a rubeo es ere. quia rubificat faciem coloꝛe artificiali vt placeat amasiis suis. Et est differentia inter rubeta rubete feminini generis. ⁊ rubetum neutri generis. qꝛ rubetum neutri generis est compꝛehensio multaꝝ arboꝛū. Unde Non venit ad siluam qui cūcta rubeta veretur. Item bubo est equiuocū. Primo dicit auis volās de nocte. et dicitur vulgariter ꝙ cantus seu clamoꝛ illius auis significat aliquem moꝛiturū. Secūdo dꝛ infirmitas culi. et illa infirmitas causat ex ambulatione. Itē littera đt turpis. ⁊ est nomē adiectiuū mobile per tria genera et ꝑ duas terminatōes ⁊ est ideȝ qđ vilis. Inde dꝛ turpitudo nomen tercie declinatōis

Res eadem blactra vespertilioqȝ vocata

¶ Hic magister ponit ꝯsynonoma illius nominis blactra ¶ Pro quo sciendum ꝙ blactra est equiuocuȝ. Primo est vestis purpurea. Secundo est idem qđ vespertilio. Inde deriuat hoc verbū blactro as are. et est idē quod diuinare. Inde blasphemare id est repꝛendere. Inde blasphemia id est repꝛehensio vel subsanatio. Sed vespertilio est auis volans de nocte. ⁊ sumit suam oꝛiginem a vespere. quia volat vel volare incipit de vespere. Et ista sunt nomina auiū que volant tꝑe nocturnali. scȝ vespertilio. noctua. nocticoꝛax. bubo blactra lucifuga. Et dꝛ lucifuga q̄si fugans lucem

Bractea bracteola tenuissima lamina ferri

¶ Hic autoꝛ ponit consynonoma huius nominis bractea. Pro quo sciendum ꝙ illa duo nomina bractea ⁊ bracteola ꝯueniunt in hoc ꝙ ambo significant partes multum tenues factas ex percussionibꝫ malleoꝛū. sed differūt in hoc quia bractea significat lamen subtile auri vel argenti. sed bracteola dicitur lamen ipsius ferri. Et vlterius differunt inter se bracteola ⁊ lamen. quia lamina dicuntur partes ferri multū tenues. a quo deriuat lamino as are. i. extendere vel dilatare. sȝ bracteola dꝛ argentū dilatatū ⁊ multuȝ tenue Et hoc ꝟbū bracteo dꝛ a bracos grece qđ est breue latine. ⁊ a verbo teneo. q̄si tenēs breuitatē. Sed bracteola est diminutiuū huius noīs bractea. Item ferrū dꝛ ab hoc ꝟbo fero fers. qꝛ ꝑ ferrū solemus aliq̄d graue ferre. Iñ ferreus a um nomē adiectiuū. Iñ forrolū nomē diminutiuū

Mercedem cursus brauium victoria donat

Additur his naulum vectigal emolimentum

¶ Hic autoꝛ ponit consynonoma huius nominis brauium. ¶ Pro quo sciendum ꝙ merces dicitur remuneratio qui datur ambulatoꝛi pro laboꝛe sui cursus Iñ deriuat mercenarius. et est ille qui laboꝛat pro aliq̄ mercede. vnde dicitur in euangelio. Dignus est mercenarius mercede sua. Inde merci

mercimoniũ.⁊ est idem qđ p̄ciũ. Et est differentia inter merx mercis ⁊ merces mercedis. qꝛ merx mercis dꝛ ꝓprie mercimoniũ in se.sed merces mercedis dꝛ p̄ciũ. vñ Merx est mercatũ merces dic esse merentis. Itē Uendunt merces operantibꝫ est data merces. Et ab illo noīe merces deriuat mercoꝛaris deponētale. Inde mercatoꝛ.i.institutoꝛ vel emptoꝛ. Sed brauiũ.dꝛ esse p̄ciũ qđ datur alicui ꝓpter victoriā. Et dꝛ a bracos grece qđ est breue latine.qꝛ tale p̄ciũ datur ꝑ breui victoria. Sed emolimentũ dꝛ p̄ciũ quod datur de molendino. Et vectigal quod datur vectoꝛibus. Sed naulum est quod datur nautis.

Imber hyems bruma tribus est res vna vocata
Sed nomen bruma trabit a breuitate dierum
Nanqꝫ brachos grece breuis dicitur esse latine

¶ Hic autoꝛ ponit ꝯsynonoma illius noīs bruma.⁊ cuꝫ hoc ostendit eius originē ibi (Sed nomē bruma) Pro quo sciendũ.ꝙ imber ꝓprie dꝛ pluuia que trāsit cũ magno impetu.et sic pt sumi ꝑ hyeme.qꝛ hyems semp est tēpus pluuiosum ⁊ impetuosum. Et differūt inter se imber ⁊ pluuia.qꝛ imber est pluuia cadens cũ magno impetu.sed pluuia cadit paulatim ⁊ successiue nō cũ impetu. Itē hyems dꝛ esse media pars anni fm vulgares qui diuidunt annũ in duas partes.scꝫ hyemalē ⁊ estiualē.licꝫ tamē diuidat in q̄tuoꝛ partes.scꝫ hyemē.estatē.verē.⁊ autūnũ. Sed bruma dꝛ ꝓprie pluuia cadens tp̄e hyemis aliq̄liter albefacta ꝑ frigiditatē.⁊ sic sumit hic ꝑ hyeme.⁊ dꝛ a brachos grece qđ est breue latine.qꝛ in hyeme dies sunt breues.qꝛ tunc sol ptrāsit solsticiũ hyemale. Itē drñt ros ⁊ pluuia.qꝛ ros dꝛ cadere tp̄e noctis sub ꝑuis guttis vix visibilibꝫ.sꝫ pluuia cadit sub maioꝛibꝫ guttis

